

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Prosperitas i  
cum uariis

Sancti uiri cum sibi suppetere prospera huius mundi conspiciunt, pauida suspicione turbantur. Timent enim ne hic laborum suorum fructus recipiant; timent ne quod diuina iusticia latens in eis uulnus aspiciat et exterioribus eos muneribus cumulans ab intimis repellat.

Gregorius libro V. moralium.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

sibi *om. (cor. in marg.)* M; eos] os L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; muneribus] vulneribus P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; cumulans] tumulans P, timulans V<sup>1</sup>, curans V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; libro V. moralium] in moralibus V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; moralium] capitulo primo *add. ab alia manu* B